

*Der folgende Text soll in angemessenes Deutsch übersetzt und durch die Bearbeitung der unter II. gestellten Aufgaben sprachlich erläutert werden.*

**I. Übersetzung:**

**Die Lehre des Sokrates**

1 Socrates ergo primus universam philosophiam ad  
2 corrigendos componendosque mores flexisse memoratur,  
3 cum ante illum omnes magis physicis, id est naturalibus,  
4 rebus perscrutandis operam maximam impenderent. Non  
5 mihi autem videtur posse ad liquidum colligi, utrum So-  
6 crates, ut hoc faceret, taedio rerum obscurarum et incer-  
7 tarum ad aliquid apertum et certum reperiendum animum  
8 intenderit, quod esset beatae vitae necessarium, propter  
9 quam unam omnium philosophorum invigilasse ac labo-  
10 rasse videtur industria, an vero, sicut de illo quidam bene-  
11 volentius suspicantur, nolebat inmundos terrenis cupidita-  
12 tibus animos se extendere in divina conari. Quando qui-  
13 dem ab eis causas rerum videbat inquiri, quas primas  
14 atque summas non nisi in unius ac summi Dei voluntate  
15 esse credebat; unde non eas putabat nisi mundata mente  
16 posse comprehendendi; et ideo purgandae bonis moribus vitae  
17 censebat instandum, ut deprimentibus libidinibus exonera-  
18 tus animus naturali vigore in aeterna se adtolleret naturam-  
19 que incorporei et incommutabilis luminis, ubi causae om-  
20 nium factarum naturarum stabiliter vivunt, intellegentiae  
21 puritate conspiceret. Constat eum tamen inperitorum  
22 stultitiam scire se aliquid opinantium etiam in ipsis moralis-  
23 bus quaestionibus, quo totum animum intendisse videba-  
24 tur, vel confessa ignorantia sua vel dissimulata scientia  
25 lepore mirabili disserendi et acutissima urbanitate agitasse  
26 atque versasse. Unde et concitatis inimiciis calumniosa  
27 criminazione damnatus morte multatus est. Sed eum  
28 postea illa ipsa, quae publice damnaverat, Atheniensium  
29 civitas publice luxit, in duos accusatores eius usque adeo  
30 populi indignatione conversa, ut unus eorum oppressus vi  
31 multitudinis interiret, exilio autem voluntario atque per-  
32 petuo poenam similem alter evaderet. Tam praeclara igi-  
33 tur vitae mortisque fama Socrates reliquit plurimos suae  
34 philosophiae sectatores, quorum certatim studium fuit in  
35 quaestionum moralium disceptatione versari, ubi agitur de  
36 summo bono, quo fieri homo beatus potest.

**II. Sprachliche Erläuterungen**

1. Erklären Sie die Bedeutung des Ausdrucks “ad liquidum” (5)!
2. Wie lässt sich der Modus von “nolebat” (11) erklären?
3. Geben Sie etymologisch-semasiologische Erläuterungen zu
  - a) sectatores (34),
  - b) disceptatio (35)!